

Egressusq; de ciuitate bechleem. peregrinari uoluit: ubi cumq; sibi commodum repperisset. Cumq; uenisset in montem ephraim iter faciens. et declinasset parumper in domum michę: interrogatus est ab eo. Unde uenis? Qui respondit. Leuita sum de bechleem iuda: et uado ut habitem ubi potuero. et uale michi esse perspexero. Mane inquit apud me. et esto michi parens ac sacerdos: daboq; tibi p annos singulos decem argenteos ac uestem duplicē. et que ad uictum necessaria sunt. Adque uenit: et mansit apud hominem. Fuitq; illi quasi unus de filiis. Impleuitq; micha manum eius. et habuit apud se puerū sacerdotem: nunc scio dicens quod bene michi faciat dñs. habenti leuitici generis sacerdotem. In dieb; illis non erat rex israhel: et tribus dan querebat possessionem sibi ut habitaret in ea. Usq; ad illum enim diem: inter ceteras trib; sortē non acceperat. Miserunt igitur filij dan stirpis et familie sue quinq; uiros fortissimos de saraa et esthaol: ut explorarent terram. et diligenter inspicerent. Dixeruntq; eis. Ite: et considerate terram. Qui cum pergentes uenissent in montem ephraim et intrassent domum michę: requieuerunt ibi. Et agnoscens uocem adolescentis leuitę. uentisq; illius diuerso foris: dixerunt ad eum. Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quā ob causam huc uenisti? Qui respō-

dit eis. Hęc et hęc prestat michi michas: et me mercede conduxit ut sim ei sacerdos. Rogaueruntq; eum ut consuleret dñm: et scire possent an prospero itinere pgerent. et res haberet effectum. Qui respondit eis. Ite cum pace. Dñs respicit uiam urām: et iter quo pgeris. Eunt es itaq; quinq; uiri uenerunt lais: uideruntq; poplū habitantē in ea absq; ullo timore. iuxta sydomorū consuetudinem. securum et quietū. nullo eis penitus resistente. magnarumq; opum et pcul a sydone atq; a cunctis hominib; separatū. Reuersiq; ad fratres suos in saraa et esthaol et quid egissent sciscitantibus: responderunt. Surgite: et ascendamus ad eos. Vidimus enim terram ualde opulentam et uberem. Nolite negligere: nolite cessare. Eamus et possideamus eam: nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionem latissimam: tradetq; nobis dñs locum in quo nulli rei ē penuria. eorum que gignuntur in terra. Profecti igitur sunt de cognatione dan. id est de saraa et esthaol sexcenti uiri: accincti armis bellicis. Ascendentesq; manserunt in cariathiarim iude: qui locus ex eo tempore castrorū dan nomen accepit. et est post tergum cariathiarim. Inde transierunt in montē ephraim. Cumq; uenissent ad domum michę: dixerunt quinq; uiri qui prius missi fuerant ad considerandam terram lais. ceteris fratribus

xxiii;

fuit. Nostis quod in domib; istis. sit ephoth et therasim et sculpale atq; conflatile: uidete quid uobis placeat. Et cum paululum declinassent: ingressi sunt domum adolescentis leuite qui erat in domo michę. salutaueruntq; eum uerbis pacificis. Sexcenti autē uiri ita ut erāt armati stabant ante ostium. At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis: sculpale et ephoth et therasim atq; conflatile tollere nitabantur. Et sacerdos stabat ante ostium: sexcentis uiris fortissimis haud procul expectantibus. Gulerunt igitur q̄ intaueant sculpale ephoth et idola: atq; conflatile. Quib; dixit sacerdos. Quid facitis? Cui responderunt. Tace. et pone digitum super os tuum. Veniq; nobiscum: ut habeamus te pacem et sacerdotem. Quid tibi melius est ut sis sacerdos in domo unius uiri. an in una tribu et familia in israhel: Quod cum audisset. adqueuit sermomb; eorum: et tulit ephoth et idola atq; sculpale. et cum eis pfectus est. Qui cum pgerent. et ante se ire fecissent paruulos et iumenta et omne qđ erat preciosum. iamq; a domo michę essent paul: uiri qui habitabant in edib; michę conclamantes. secuti sunt et post tergum clamare ceperunt. Qui cum respexissent: dixerunt ad micham. Quid tibi uis? Cui clamas? Qui respondit. Deos meos quos michi feci tulisti. et sacerdotē. et omnia que habeo. et dicis quid

tibi est? Dixeruntq; filij dan. Caue ne ultra loquaris ad nos: et ueniant ad te uiri animo concitati. et ipse cū omni domo tua peras. Et sic cepto ire: perrexerunt. Videns autem michas quod fortiores se essent: reuersus est in domum suam. Sexcenti autem uiri tulerunt sacerdotē et que supra diximus: ueneruntq; in lais. ad poplīm quiescentem atq; securū. et percusserunt eos in ore gladij. urbemq; incendio tradiderunt nullo penitus ferente presidium. eo quod procul habitarent a sidone. et cū nullo hominū haberent quicquā societatis an negotij. Erat autē ciuitas sita in regione roob. Quam rursum extruentes habitauerunt in ea: uocato nomine ciuitatis dan. iuxta uocabulum patris sui. quē genuerat isrl. que prius lais dicebatur. Posueruntq; sibi sculpale et ionathan filium gersam filij moysi ac filios eius sacerdotes in tribu dan: usq; ad diem captiuitatis sue. Mansitq; apud eos idolum michę omni tempore quo fuit domus dei in silo. In dieb; illis: non erat rex in isrl.

Fuit quidam uir leuitas habitans in latere montis ephraim: qui accepit uxorem de bechleem iuda. Que reliquit eum. et reuersa est in domū patris sui bechleem: mansitq; apud eum quatuor mensibus. Secutusq; est eam uir suus uolens ei reconciliari atq; blandiri et secum reducere: habens in comitatu puerum et duos asinos. Que suscepit eum: et intro-

duxit in domum patris sui. Quod cum
 audisset socer eius cumque uidisset: oc-
 currit ei letus. et amplexatus est ho-
 mine. Mansitque gener in domo socer-
 ri tribus diebus: comedens cum eo
 et bibens familiariter. Die autem
 quarto de nocte confurgens: profi-
 cisci uoluit. Quem tenuit socer:
 et ait ad eum. Gusta prius paulu-
 lulum panis: et confortato stoma-
 cho sic proficisceris. Sederuntque si-
 mul: et comederunt ac biberunt.
 Dixitque pater puellae: ad generum
 suum. Quae te ut hodie hic ma-
 neas: pariterque letemur. At ille con-
 surgens: cepit uelle proficisci. Ni-
 chilominus obnixus eum socer tenuit:
 et apud se fecit manere. Mane
 facto: parabat leuites iter. Cui rur-
 sum socer. oro te inquit ut paulu-
 lum cibi accipias: et assumptis ui-
 ribus: donec increseat dies. postea
 proficiscaris. Comederunt ergo simul.
 Surrexitque adolescens ut pgeret cum
 uxore sua: et puero. Cui rursus
 loquutus est socer. Considera quod
 dies ad occasum declinior sit: et pro-
 pinquet ad uesperam. Mane apud
 me etiam hodie. et duc letum di-
 em: et cras proficisceris ut uadas in
 domum tuam. Noluit gener adque-
 scere sermonibus eius: sed statim per-
 rexit et uenit contra ierusalem: que alte-
 ro nomine uocabatur hierusalem:
 ducentis secum duos asinos onustos
 et concubinam. Iamque aderat iuxta
 ierusalem: et dies mutabatur in noctem.
 Dixitque puer ad dominum suum. Veni ob-

secro declinemus ad urbem ierusalem:
 et maneamus in ea. Cui respondit dominus.
 Non ingrediar oppidum gentis abie-
 ne: que non est de filiis israhel. sed
 transibo usque gabaam. Et cum illuc
 puenero: manebimus in ea. aut cer-
 te in urbe rama. Transierunt igitur
 ierusalem: et ceptum carpebant iter. Oc-
 cubuntque eis sol iuxta gabaam: que est
 in tribu beniamin. Diuertuntque
 ad eam. ut manerent ibi. Quo cum
 intrassent sedebant in platea ciui-
 tatis: et nullus eos recipere uolebat
 hospicio. Et ecce apparuit homo se-
 nex reuertens de agro et de opere suo
 uesperis: qui et ipse erat de monte ephra-
 im et peregrinus habitabat in gabaam.
 Homines autem regionis illius erant
 filii gemini. Eleuatisque oculis uidit
 senex sedentem hominem cum sacri-
 nulis suis in platea ciuitatis: et di-
 xit ad eum. Unde uenis et quo ua-
 dis? Qui respondit ei. Profecti sumus
 de bethleem iuda: et peregrinamus ad lo-
 cum nostrum qui est in latere montis
 ephraim. unde iteramus in bethle-
 em. Et nunc uadimus ad domum
 dei nullusque nos sub tectum suum
 uult recipere: habentes paleas et
 fenum in asinorum pabulum. et
 panem. ac uinum. in meos et ancil-
 le tue usus. et pueri qui mecum est.
 Nulla re indigemus: nisi hospicio.
 Cui respondit senex. Pax tecum sit.
 Ego prebebo omnia que necessaria
 sunt: tantum quae ne in platea
 maneat. Introduxitque eum in do-
 mum suam: et pabulum asinis

prebuit. Ac postquam lauerunt pedes suos: recepit eos in conuiuium. Illi epulantib; et post laborem teneris cibo ac potu reficientib; corpora. uenerunt uiri ciuitatis illius. filij belial. id est absq; iugo: et circumdantes domum sensus. fores pulsare ceperunt. clamantes ad dñm domus atq; dicentes. Educ uirum qui ingressus est domum tuam: ut abutamur eo. Egressusq; est ad eos senex: et ait. Nolite fratres nolite facere malum hoc. quia ingressus est homo hospitium meum: et cessate ab hac stultitia. Habeo filiam uirginem: et hic homo habet concubinã. Educam eas ad uos ut humilietis eas. et uiam libidinem complectis: tantũ obsecro ne scelus hoc contra naturam operemini in uirum. Nolebãt adquiescere sermonib; eius. Quod cerneus homo eduxit ad eos concubinã suam: et eis tradidit illudendam. Qua cum tota nocte abusi essent: dimiserunt eam mane. At mulier recedentib; tenebris uenit ad ostiũ domus ubi manebat dñs suus: et ibi corruit. Mane facto surrexit homo et aperuit ostium ut ceptam expletet uiam: et ecce concubina eius iacebat ante ostium sparsis in limne manibus. Cui ille putans eam rescere: loquebatur. Surge: ut ambulemus. Qua nichil respondente: intelligens quod erat mortua. tulit eam et imposuit asino. reuersusq; est in domum suam. Quam cum esset ingressus. arripuit gladium:

et cadauer uxoris cum ossib; suis. in duodecim partes ac frustra concidens. misit in omnes terminos isrl'. Quod cum uidissent singuli: conclamabant. Nunquam res talis facta est in isrl'. ex eo die quo ascenderunt patres nostri de egypto: usq; in present tempus. Ferte sententiam: et in commune decernite quid facto opus sit. Egressi sunt itaq; omnes filij israhel. et pariter congregati quasi uir unus de dan. usq; ber sabei et terra galaad ad dñm in maspha: omnesq; anguli poplorum et cuncte trib; israhel in ecclesiam populi dei conuenerunt quadringenta milia pedum pugnatorum. Nec latuit filios beniamin: quod ascendissent filij israhel in maspha. Interrogatus leuita maritus mulieris interfecte quomodo tantum scelus perpetratum esset: respondit. Veni in gabaa beniamin cum uxore mea illucq; diueri: et ecce homines ciuitatis illius circumdederunt nocte domum in qua manebam. uolentes me occidere: et uxorem meam incredibili libidinis furore uexantes. Deniq; mortua est. Quam arreptam in frustra concidi. misiq; partes in omnes terminos possessionis ur̄e: quia nunquam tantũ nefas et tam grande piaculum factum est in israhel. Adestis omnes filij israhel: decernite qd facere debeatis. Stansq; omnis populus: quasi unius hominis sermone respondit. Non recedemus in tabernacula nr̄a. nec suam quisq; intra

bit domum: sed hoc contra gabaá in commune faciemus. Decem uiri eligantur e centum ex omnib; tribubus israhel. et centum de mille. et mille de decem milib; . ut comportent exercitui cibaria: et possimus pugnantes contra gabaá beniamin reddere ei pro scelere quod meretur. Conuenitq; uniuersus isrl' ad ciuitatem quasi unus homo eadem mente unoq; consilio: et miserunt nuntios ad omnem tribum beniamin qui dicerent. Cur tantum nefas in uobis reatum est? tradite homines de gabaá qui hoc flagitium perpetrarunt: ut moriantur. et auferatur malum de isrl'. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum israhel audire mandatum: sed ex cunctis urbib; que sue sortis erant conuenerunt in gabaá. ut illis ferrent auxilium. et contra uniuersum israhel populum dimicarent. Inuentiq; sunt uiginti quinque milia de beniamin educentium gladium: preter habitatores gabaá qui septingenti erant uiri fortissimi ita sinistra ut dextera preliantes. Et sic fundis ad certum iacentes lapides. ut capillum quoq; possint percutere: et nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Uirorum quoq; israhel absq; filiis beniamin inuenta sunt quadringenta milia educentium gladios: et paratorum ad pugnam. Qui surgentes uenerunt ad domum dei hoc est in silo: consulueruntq; eum atq; dixerunt.

Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios beniamin? Quib; respondit dñs. Judas sit dux uester. Statimq; filij israhel surgentes mane: castrametati sunt iuxta gabaá. Et inde pcedentes ad pugna contra beniamin: urbem obpugnare ceperunt. Egressiq; filij beniamin de gabaá: occiderunt de filiis israhel die illo uiginti duo milia uirorum. Rursum filij isrl' et fortitudine et numero confidentes. in eodem loco in quo prius certauerant aciem direxerunt: ita tamen ut prius ascenderent et flerent coram dño usq; ad noctem. consulereq; eum et dicerent. Debeo ultra pcedere ad dimicandum contra filios beniamin frs meos anñ? Quib; ille respondit. Ascendite ad eos: et intete certamen. Cumq; filij israhel altero die contra beniamin ad prelium processissent: eruperunt filij beniamin de portis gabaá et occurrentes eis tanta in eos cede baccati sunt. ut decem et octo milia uirorum educentium gladium prosternerent. Quam obrem omnes filij israhel uenerunt in domum dei: et sedentes flebant coram dño. Ieiunaueruntq; die illo usq; ad uesperum. et obtulerunt ei holocausta et pacificas uictimas: et sup statu suo interrogauerunt. Eo tempore ibi erat archa federis dei: et finc' filius eleazari filij aaron prepositus domus. Consuluerunt igitur dñm: atq; dixerunt. Exire ultra debemus ad pugnam contra filios beniamin

fratres nros an quiescere? Quib; ait
 dñs. Ascendite. Cras enim tradam
 eos in manus uras. Posueruntq; fi-
 lij isrl' insidias per circuitum urbis
 gabaá: et tercia uice sicut semel et
 bis contra beniamin exercitum pro-
 duxerunt. Sed et filij beniamin au-
 dacter eruperunt de ciuitate. et fu-
 gientes aduersarios longius psecuti
 sunt: ita ut uulnerarent ex eis sicut
 primo et secundo die. et cederent
 per duas semitas terga uertentes. qua-
 rum una ferebat in bechél. et altera
 in gabaá. atq; prosternerent trigin-
 ta circiter uiros. Putauerunt enim
 solito eos more cedere. Qui fugam
 arte simulantes. inire consilium
 ut abstraherent eos de ciuitate: et
 quasi fugientes ad supradictas se-
 mitas pducerent. Omnes itaq; filij
 isrl' surgentes de sedibus suis: ten-
 derunt aciem in loco qui uocatur
 baathamar. Insidie quoq; que
 circa urbem erant: paulatim se api-
 re ceperunt. et ab occidentali ur-
 bis parte pcedere. Sed et alia decem
 milia uirozum de uniuerso israhel:
 habitatores urbis ad certamina pro-
 uocabant. Ingrauatumq; est bellum
 contra filios beniamin: et non intel-
 lexerunt quod ex omni parte illis
 instaret interitus. Percussitq; eos do-
 minus in conspectu filiorum israhel:
 et interfecerunt ex eis in illo die ui-
 ginti quinque milia et centum uiros.
 omnes bellatores et educentes gladi-
 um. Filij autem beniamin cum sem-
 feriores esse uidissent: ceperunt fu-

gere. Quod cernentes filij israhel. de-
 derunt eis ad fugiendum locum: ut
 ad preparatas insidias deuenirent.
 quas iuxta urbem posuerant. Qui
 cum repente de latibulis surrexissent.
 et beniamin terga cedentib; daret:
 ingressi sunt ciuitatem et percusserunt
 eam in ore gladij. Signum autem
 dederunt filij israhel his quos in
 insidijs collocauerant: ut postquam
 urbem cepissent ignem accenderent.
 ut ascendente in altum fumo cap-
 tam urbem demonstrarent. Quod
 cum cernerent filij israhel in ipso
 certamine positi. putauerant cum
 filij beniamin eos fugere. et instan-
 tius sequebantur. cecidit de exercitu
 eorum: triginta uiris. et uiderent
 quasi columpnam fumi de ciuita-
 te conscendere. beniamin quoq; re-
 tro aspiciens captam cerneret ciui-
 tatem. et flammam in sublimem ferri:
 qui prius simulauerant fugam uer-
 sa facie fortius resistebant. Quod cum
 uidissent filij beniamin. in fugam
 uersi sunt. et ad uiam deserti ire ce-
 perunt: illuc quoq; eos aduersarij
 psequentibus. Sed et hi qui urbem
 succenderant: occurrerunt eis. Atq;
 ita factum est ut ex utraq; parte ab
 hostib; cederentur: nec erat ultra
 morientium requies. Ceciderunt
 atq; prostrati sunt ad orientalem
 plagam urbis gabaá. Fuerunt au-
 tem qui in eodem loco interfecti sunt
 decem et octo milia uirozum: omnes
 robustissimi pugnatore. Quod cum
 uidissent qui remanserant de ben-

iamin fugerunt in solitudinem:
 et p̄gebant ad petram cuius uoca-
 bulum est remmon. In illa quoq;
 fuga palantes et in diuersa tenden-
 tes: occiderunt quinq; milia uiros.
 Et cum ultra tenderent p̄secuti
 sunt eos: et interfecerunt etiam
 alia duo milia. Et sic factum est
 ut omnes qui occiderant de benia-
 min in diuersis locis essent uigin-
 ti quinq; milia pugnatōres: ad
 bellandum promptissimi. Reman-
 serunt itaq; de omni numero ben-
 iamin qui euadere potuerunt
 et fugere in solitudinem sexcenti
 uiri: sederuntq; in petra remmon
 mensib; quatuor. Regressi autem
 filij israhel omnes reliquias ciui-
 tatis a uiris usq; ad iumenta gla-
 dio percusserunt: cunctasq; urbes
 et uicinos beniamin uorax flam-
 ma consumpsit. Iurauerunt q̄q;
 filij israhel in maspha: et dixerunt.
 Nullus nr̄m dabit filijs beniamin
 de filiabus suis uxorem. Uenerunt
 q; omnes ad domum dei in silo: et
 in conspectu eius sedentes usq; ad
 uespam leuauerunt uocem. et ma-
 gno ululatu ceperunt flere: dicen-
 tes. Quare dñe deus isrl̄ factū est
 hoc malum in poplo tuo. ut hodie
 una trib; auferretur a nobis: Alte-
 ra autē die diluculo confurgentes
 extruxerunt altare: obtuleruntq;
 ibi holocausta et pacificas uictimas.
 et dixerunt. Quis non ascendit in
 exercitu dñi de uniuersis tribub;
 israhel: Graui enim se iuramento

constrinxerant cum essent in maspha:
 interfici eos qui defuissent. Ductiq;
 penitētia filij israhel sup fratre suo
 beniamin: ceperunt dicere. Ablata
 est una tribus de israhel. Vnde uxo-
 res accipient: Omnes enī in commu-
 ne iurauimus: non daturus nos his
 filias nr̄as. Idcirco dixerunt. Quis
 est de uniuersis tribubus israhel q̄
 non ascendit ad dñm in maspha:
 Et ecce inuenta sunt habitatores
 iabel galaad in illo exercitu non
 fuisse. Eo quoq; tempore cum es-
 sent in silo: nullus ex eis ibi rep̄tus
 est. Miserunt itaq; decem milia
 uiros robustissimos: et preceperunt
 eis. Itē et percute habitatores iabel-
 galaad in ore gladij: tam uxores
 quam paruulos eorum. Et hoc
 erit quod obseruare debeatis. Om-
 ne generis masculini et mulieres
 que cognouerunt uiros: interficite.
 Inuenteq; sunt de iabel galaad qua-
 dringente uirgines que nescierunt
 uiri thorum: et adduxerunt eas
 in castra in silo in terra chanaan.
 Miseruntq; nuntios ad filios benia-
 min qui erant in petra remmon: et
 preceperunt eis ut eos in pace susci-
 perent. Veneruntq; filij beniamin
 in illo tempore: et date sunt eis
 uxores de filiabus iabel galaad. Ali-
 as autē non reppererunt: quas simi-
 li modo traderent. Vniuersusq; isra-
 hel ualde doluit: et egit penitēdi-
 nem sup interfessionem unius trib;
 ex israhel. Dixeruntq; maiores na-
 tu. Quid faciemus reliquis qui non

acceperunt uxores. Omnes in beniamin femine conciderunt: et magna nobis cura ingentiq; studio puidendum est. ne una trib; deleatur ex isrl. Filias nras eis dare non possumus: conficti iuramento et maledictione q̄ diximus. maledictus qui dederit de filiabus suis uxorem beniamin. Ceperuntq; consilium: atq; dixerunt. Ecce sollemnitas dñi est in silo anni uersaria: que sita est ad septentrionem urbis bethel. et ad orientalem plagam uic; que debethel tendit ad sichimam et ad meridiem oppidi lebona. Preceperuntq; filijs beniamin: atq; dixerunt. Ite: et lautate in uineis. Cumq; uiderint filias silo ad ducendos choros ex more pcedere: exite repente de uineis. et rapite eas singuli uxores singulas. et pergite in terram beniamin. Cumq; uenerint patres earum ac fratres aduersum nos queri ceperunt atq; iurgari: dicemus eis. Miserrimum eorum. Non enim rapuerunt. eas iure bellantiu atq; uictorum: sed rogantium ut acciperent. et non dedistis. et a uestra parte peccatum est. Feceruntq; filij beniamin ut sibi fuerat imperatum: et iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his que ducebant choros. uxores singulas. Abieruntq; in possessionem suam: edificantes urbes et habitantes in eis. Filij quoq; israhel reuersi sunt p̄ tribus et familias: in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in israhel: sed unus quisq; quod sibi rectum uidebatur hoc faciebat.

Explicit liber iudicū habet uersus mille septingentos quinquaginta.

Facta fame in terra iudea dimlech de bethleem iuda. abiit cum uxore sua uoemi et duob; filijs in terra moabide causa inualium. quo mortuo filij eius accipientes uxores et ipsi mortui sunt.

Noemi reuertente ad patriam rutch mirus deserere noluit. que pueniens in bethleem iuda perrexit in agrum booz ad colligendas spicas.

Boos dat licentiam rutch ut de agro ei colligat spicas. et hora uescendi cu meliorib; comedat pro eo quod audierat eam bene egisse circa socrum suam.

Inquirenti noemi indicat rutch quale in agro booz fecerit opus.

Commouita rutch a socru sua iungit puellis booz iterum ad opandum.

Reuerfa rutch denua ad socrum suam mouetur ab ea quemadmodum debeat booz coniugio sociari.

Ruth instructa collocauit se nocte ad pedes booz qui eius coitu abstinuit.

Boos presentib; decem uiris in porta bethleem consuluit propinquorem se de nuptijs.

Solui propinquus secundum more calciamentu suum et dedit booz. cessitq; iure propinquitatis. et booz rutch accepit uxorem natusq; est illi filius. que noemi socru nutriendum suscepit.

Locutum est nomen eius obed hic est pater ysai patris dauid: deinde sequuntur generationes a phares usq; ad dauid. *Explicit capitula.*

Incipit liber rutch.

In diebus unius iudicii
 quando iudices preerant: facta est
 fames in terra. Abiitq; homo de beth-
 leem iuda ut peregrinaretur in regio-
 ne moabride: cum uxore sua ac duo-
 bus liberis. Ipse uocabatur elimelech:
 uxor eius noemi. Et duob; filiis: alter
 maalon: et alter chelion. ephratim de
 bethleem iuda. Ingressiq; regionem
 moabridem: morabantur ibi. Et
 mortuus est elimelech maritus noe-
 mi: remansitq; ipsa cum filiis. Qui
 acceperunt uxores moabridas: qua-
 rum una uocabatur orpha. altera
 ruth. Manseruntq; ibi decem annis:
 et ambo mortui sunt. maalon uide-
 licet et chelion. Remansitq; mulier:
 orbata duob; liberis ac marito. Et
 surrexit ut in patriam pgeret cum
 utraq; nuru sua: de regione moabi-
 ride. Audierat enim quod respexis-
 set dñs popl'm suum: et dedisset eis
 escas. Egressa est itaq; de loco pere-
 grinationis sue: cum utraq; nuru.
 Et iam in uia posita reuertenti in
 terram iuda: dixit ad eas. Ite in do-
 mum matris ur̄e. Faciat dñs uobis
 cum misericordiam: sicut fecistis cū mor-
 tuus et mecum. Det uobis inuenire
 requiem in domib; uiuorum: quos
 sortituri estis. Et osculata est eas. Quę
 eleuata uoce flere ceperunt: et dicere.

Tecum pgenus: ad popl'm tuū.
 Quib; illa respondit. Reuertimini
 filię mi. Cur uenitis mecum: Num
 ultra habebō filios in utero meo. ut
 uiros ex me sperare possitis: Reuert-
 imini filię moabride. Jam enī sene-

ctate confecta sum: nec apta uinculo
 coniugali. Etiam si possim hac nocte
 concipere et parāre filios: si eos expecta-
 re uelitis donec crescant et annos im-
 pleant pubertatis. ante eritis uetule
 quā nubatis. Nolite queso filię mi:
 quia ur̄a angustia me magis premit.
 et egressa est manus dñi contra me.
 Eleuata igitur uoce: rursus flere ce-
 perunt. Orpha osculata est socrum.
 ac reuersa: ruth adhefit socru sue.
 Cui dixit noemi. En reuersa est cogna-
 ta tua. ad populum suum: et ad deos
 suos. Uade cum ea. Quę respondit.
 Ne aduerseris michi: ut relinquam
 te et abeam. Quocumq; perrexeris:
 pergam. Vbi morata fueris: et ego pa-
 riter morabor. Populus tuus populus
 meus: et deus tuus deus meus. Quę te
 morientem terra susceperit. in ea mo-
 riar: ibiq; locum accipiam sepulture.
 Hęc michi faciat deus et hęc addat:
 si non sola mors me et te separauerit.
 Uident ergo noemi quod obstinato
 ruth animo decreuisset secum pgere
 aduersari noluit: nec ultra ad suos
 reditum persuadere. Profecteq; sunt
 simul: et uenerunt in bethleem. Qui-
 b; urbem ingressis: uelox apud cun-
 ctos fama pcrebit. Dicebantq; mu-
 lires. Hęc est illa noemi. Quib; ait.
 Ne uocatis me noemi id est pulchrā.
 sed uocate me mara hoc est amarā:
 quia ualde me amaritudine reple-
 uit omnipotens. Egressa sum plena:
 et uacuum reduxit me dñs. Cur igit
 uocatis me noemi. quā humiliavit
 dñs. et afflixit omnipotens: Venit

C. 11.

ergo noemi cum ruth moabide nu-
ru sua de terra peregrinationis sue
ac reuersa est in bethleem: quando
primum hordea metabantur. Erat
autē uiri elimelech consanguineus.
homo potens et magnarū opum no-
mine booz. Dixitq; ruth moabitis ad
socrum suam. Si iubes. uadam in a-
grum et colligam spicas que metenti-
um fuerint manus: ubicumq; de-
mentis in me patris familias repper-
ro grām. Cui illa respondit. Vade si-
lia mi. Abiit itaq; et colligebat spi-
cas post terga metentium. Accidit
autem ut ager ille haberet dñm no-
mine booz: qui erat de cognatione
elimelech. Et ecce ipse ueniebat de
bethleem.

Dixitq; messoribus. Dñs uobiscum.
Qui responderunt ei. Benedicat tibi
dñs. Dixitq; booz iuueni: qui mello-
ribus preerat. Cuius est hec puella?
Qui respondit. Hec est moabitis que
uenit cum noemi de regione moa-
bide: et rogauit ut spicas collige-
ret remanentes. sequens messorum ue-
stigia. Et de mane usq; nunc stat in
agro: et ne ad momentū qdē domū re-
uersa est. Et ait booz ad ruth. Audi
filia. Ne uadas ad colligendum in al-
terum agrum. ne recedas ab hoc loco:
sed iungere puellis meis: et ubi mes-
suerint sequere. Mandauī enī pue-
ris meis: ut nemo tibi molestus sit.
Sed etiam si fueris. uade ad sartinu-
las: et bibe aquas de quib; et pueri
bibunt. Que cadens in faciem suam
et adorans sup terram: dixit ad eum.

Unde michi hoc. ut inuenirem gra-
tiam ante oculos tuos. et nosse me
dignareris peregrinam mulierem?
Cui ille respondit. Nuntiata sunt
michi omnia que feceris socrui tue
post mortem uiri tui: et quod reli-
queris parentes tuos et terram in
qua nata es. et ueneris ad populum
quem antea nesciebas. Reddat tibi
dñs pro opere tuo: et plenam mer-
cedem recipias a dño deo isrl' ad quē
uenisti. et sub cuius confugisti alas.
Que ait. Inueni grām apud ocu-
los tuos dñe mi. qui consolatus es
me. et loquutus ad cor ancille tue:
que non sum similis unius puella-
rum tuarum. Dixitq; ad eam booz.
Quando hora uescendi fuerit ueni
huc et comede panem: et iningue
bucellam tuam in aceto. Sedit itaq;
ad messorū latūs: et congescit polen-
tam sibi. Comeditq; et saturata est:
et tulit reliquias. Atq; inde surrexit:
ut spicas ex more colligeret. Prece-
pit autē booz pueris suis: dicens. Et-
iam si uobiscum metere uoluerit.
ne phibeatis eam: et de uis quoq;
manibus proiacte de industria. et
remanere pmitte ut absq; rubore
colligat. et colligentem nemo corri-
piat. Collegit ergo in agro: usq; ad
uespam. Et que collegerat uirga
cedens. et excutens: inuenit hor-
dei quasi ephi mensuram. id est
tres modios. Quos portans reuersa
est in ciuitatem: et ostendit socrui
sue. Insuper protulit et dedit ei de
reliquis sibi sui: quo saturata fuerat.

Dixitq; ei socrus. Vbi hodie collegisti. et ubi fecisti opus? Sic benedictus: q̄ miseratus est tui. Indicauiq; ei apud quem esset operata: et nomen dixit tui quod booz uocaretur. Cui respondit noem. Benedictus sit a dño: qm̄ eandem grām quam prebuerat uiuis. seruauit et mortuis. Rursūq; Propinquus ait noster est homo. Et ruth. Hoc quoq; inquit precepit michi. ut tam diu messorib; eius iungerer: donec omnes segetes metentur.

Qui dixit socijs. Melius est filia mi ut cum puellis eius exeat ad metendum: ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Iuncta est itaq; puellis booz: et tam diu cum eis messuit. donec et hordea et triticum in horreis conderentur. 111.

Postquam autē reuersa est ad sororū suam: audiuit ab ea. Filia mi queram tibi requiem: et providebo ut bene sit tibi. Booz iste cuius puellis in agro iuncta es. propinquus noster est: et in hac nocte aream hordei uentilat. Lava te igitur et unguere. et induere ciliciorib; uestimentis: ac descende in aream. Non te uideat homo: donec esum potum simerit. Quando autē ierit ad dormiendum: nota locum in quo dormiat. Veniesq; et discooperies pallium quo operitur a parte pedum: et proicies te et ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi: quid agere debeas. Quę respondit. Quicquid preceperis: faciam. Des-

ceditq; in aream: et fecit omnia quę sibi imperauerat socrus.

Eumq; comedisset booz et bibisset et factus esset hilarior. Istitq; ad dormiendum iuxta aceruum manipulorū: uenit abscondite. et discoopto a pedib; eius pallio. se p̄iecit. Et ecce nocte iam media expauit homo: et conturbatus est. Viditq; mulierem iacentē ad pedes suos: et ait. Quę es? Illa respondit. Ego sum ruth ancilla tua. Expande pallium tuum sup famulam tuam: quia propinquus es. Et ille. benedicta inquit es dño filia. et priorē misericordiam posteriore superasti: quia non es sequuta iuuenes pauperes siue diuites. Noli ergo metuerē: sed quicquid dixeris michi facia tibi. Scit enim omnis popl̄s qui habitat intra portas urbis mee: mulierem te esse uirtuosam. Nec abnuo me propinquum: sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte. Et facto mane. si te uoluerit propinquitatis iure retinere: bene res acta est. Sin autem ille noluerit: ego te absq; ulla dubitatione suscipiam. uiuit dñs. Dormi usq; mane. Dormiuit itaq; ad pedes eius: usq; ad noctis abscissum. Surrexit itaq; antequam homines se cognoscerent mutuo: et dixit booz. Caue ne quis nouerit quod huc ueneris. Et rursū. expande inquit palliolum tuum quo operiris: et tene utraq; manu. Quia extendente et tenente. mensus est sex modios hordei: et posuit sup eam. Quę portans ingressa est ciuitatem:

et uenit ad socrum suam. Que dixit ei. Quid egisti filia? Narrauitq; ei omnia que sibi fecisset homo: et ait. Ecce sex modios hordei: dedit michi: et ait. Nolo uacuam te reuerti ad socrum tuam. Dixitq; noemi. Expecta filia: donec uideamus que res exitu habeat. Neq; enim cessabit homo: nisi compleuerit quod loquutus est. **¶**

Ascendit ergo booz ad portam: et sedit ibi. Cumq; uidisset propinquum preterire de quo prius sermo habitus est: dixit ad eum. declina paulisper. et sede hic: uocans eum nomine suo. Qui diuertit: et sedit. Tollens autem booz decem uiros de senioribus ciuitatis: dixit ad eos. Sedete hic. Quibus residentibus: loquutus est ad propinquum. Partem agri fratris nostri elimelech uendit noemi: que reuersa est de regione moabide. Quod audire te uolui et tibi dicere: coram cunctis sedentibus et maioribus nati de populo meo. Si uis possidere iure propinquitatis: eme et posside. Sin autem tibi displicet: hoc ipsum indica michi. ut sciam quid facere debeam. Nullus est enim propinquus excepto te qui prior es: et me qui secundus sum. At ille respondit. Ego agrum enim. Cui dixit booz. Quando emeris agrum de manu mulieris: ruth quoq; moabidem que uxor defuncti fuit debes accipere. ut susceles nomen propinqui tui in hereditate sua.

Cui respondit. Cedo iure propinquitatis. Neq; enim posteritatem famu-

lic mee delere debeo. Tu meo uere privilegio: quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquus in israhel: inter propinquos. Et si quando alter alteri suo iure cedebat: ut esset firma concessio. soluebat homo calciamentum suum. et dabat proximo suo. Hoc erat testimonium concessionis in israhel. Dixit ergo propinquo booz. Tolle calciamentum. Quod statim soluit de pede suo. At ille maioribus nati et uniuerso populo: testes inquit uos estis hodie quod possederim omnia que fuerunt elimelech. et chelion. et maalon. tradente noemi. et ruth moabidem uxorem maalon in coniugium sumpserim. ut suscelem nomen defuncti in hereditate sua. ne uocabulum eius de familia sua ac fratribus et populo deleatur. Vos inquam huius rei testes estis. Respondit omnis populus qui erat in porta: et maiores nati. Nos testes sumus. Faciat dominus hanc mulierem que ingreditur domum tuam. sicut rachel et liam que edificauerunt domum in israhel: ut sit exemplum uirtutis in ephrata. et habeat celebre nomen in bechleem. Fiatq; domus tua sicut domus phares quem thamar peperit iude: de semine quod dedit dominus tibi ex hac puella. Guit itaq; booz ruth: et accepit uxorem. Ingressusq; est ad eam: et dedit illi dominus ut conciperet. et pareret filium. Dixeruntq; mulieres ad noemi.

Benedictus dñs qui non est passus
 ut dfficeret successor familie tue. et
 uocaretur nomen eius in isrl: et ha-
 beas qui consolaretur animam tuā.
 et enutriet senectutem. De nuru
 em̄ tua natus est qui te diligit: et
 multo tibi est melior. quam si sep-
 tem haberes filios. Susceptumq; no-
 em̄ puerum. posuit in sinu suo:
 et nutritis ac gerule officio finge-
 batur. **V**icinę autem mulieres cō-
 gratulantes ei et dicentes. natus est
 filius noemi: uocauerunt nomen
 eius obed. Hic est pater ysay: pa-
 tris dauid. Hę sunt generationes
 phares. Phares: genuit esrom. Es-
 rom: genuit aram. Aram: genuit
 ammadab. Ammadab: genuit na-
 ason. Naason genuit salmon. Sal-
 mon genuit booz. Booz: genuit
 obed: Obed: genuit isai. Isai: genu-
 it dauid regem.

*Explicit liber ruth. habet uersus du-
 centos quinquaginta. Incipit prefa-
 tio sci hieronimi: In libro regū.*



IOHNCI dyas esse
 litteras apud he-
 bresos syrorum
 quoq; lingua et
 chaldeorum te-
 statur: que he-

bree magna ex parte confinis est.
 Nam et ipsi uiginti duo elementa
 habent eodem sono: sed diuersis
 characteribus. Samaritani etiam
 pentatheucum moyfi. eodem litte-
 ris scripserunt: figuris tantum et

apicib; discrepantes. Certumq; est esdrā
 scribam legisq; doctorem post captam
 hierosolimam et instaurationē tem-
 pli sub zorobabel alias litteras repper-
 risse quib; nunc utimur: cum ad illud
 usq; tempus idem samaritanorū et he-
 bresorū characteres fuerint. In libro q̄q;
 numerorū hec eadem subputatio sub-
 leutarum ac sacerdotum censu my-
 stice ostenditur. Et nomen dñi tetra-
 gramaton in quibusdam grecis uolu-
 minib; usq; hodie antiquis expressū
 litteris inuenimus. Sed et psalmi tri-
 cesimus sextus et centesimus decimus.
 et centesimus undecimus. et centesimi
 octauus decimus. et centesimus qua-
 dragesimus quadragesimus quartus.
 quamquā diuerso scribantur metro:
 tamen eiusdem numeri texuntur al-
 fabeto. Et hieremie lamentationes
 et oratio eius. salomonis quoq; in fi-
 ne prouerbia ab eo loco in quo ait.
 mulierem fortem quis inueniet:
 eisdem alfabetis uel inuentionib; sup-
 putantur. Porro quinq; litterę dupli-
 ces apud hebreos sunt: caph. mem. nun.
 phe. sade. Alter enim per has scribūt
 principia medietatesq; uerborum:
 alter fines. Vnde et quinq; aplerisq;
 libri duplices estimantur: samuel. ma-
 lachim. dabitaiamin. ezras. hieremias.
 cuncmoth id est lamentationib; suis.
 Quomodo igitur uiginti duo ele-
 menta sunt per que scribimus hebrai-
 ce omne quod loquimur. et eorum
 inuicem uox humana comprehendit
 ita uiginti duo uolumina supputan-
 tur quib; quasi litteris et exordij

in dei doctrina tenera adhuc et lactens
 iuri iusti eruditur infanzia. Primus
 apud eos liber uocatur bresich: quem
 nos genesim dicimus. Secundus hel-
 lesmoth: qui exodus appellatur. Tertius
 uaiecia: id est leuiticus. Quartus
 uaiedaber: id est quem numerum uo-
 camus. Quintus addabarin: qui de-
 uteronomium prenotatur. Hi sunt
 quinque libri moysi: quos proprie tho-
 rath. id est legem appellant. Secundu
 prophetarum ordinem faciunt: et in-
 ciunt ab iesu filio naue qui apud
 eos iosue bennum dicitur. Deinde
 subtexunt sochim. id est iudicium
 librum: et in eundem et in eundem
 compingunt ruth. quia in diebus
 iudicium facta eius narratur historia.
 Tertius sequitur samuhel: quem nos
 regnorum primum et secundum
 dicimus. Quartus malachim id est
 regum: qui tertio et quarto regno-
 rum uolumine continetur. Meli-
 usque multo est malachim id est re-
 gum: quam malachot id est regno-
 rum dicere. Non enim multarum
 gentium regna describit: sed unius
 israhelica populi qui tribus duo-
 decim continetur. Quintus ysaias
 est. Sextus hieremias. Septimus hie-
 zehiel. Octauus liber duodecim
 prophetarum: qui apud illos uocatur
 thareafra. Tertius ordo ^{agy} ^{gra} ^{fi} ^p
 ΑΦΑ possidet. Et primus liber inci-
 pit a iob. secundus a dauid: quem
 quinque incisionibus et uno psalmo
 uolumine comprehendunt. Tertius
 est salomon. tres libros habens:

prouerbia que illi parabolas. id est
 masloth appellant. Quartus ecclesi-
 asten: id est coledh. Quintus est can-
 ticum canticorum: que titulo firassim
 prenotant. Sextus est dambel. Sep-
 timus dabreiamin. id est uerba die-
 rum: quod significatiue ^{cro} ⁿⁱ ^{or} xpo hikon
 totius diuine historie possumus ap-
 pellare. Qui liber apud nos paraly-
 pomenon. primus et secundus in-
 scribitur. Octauus esdras: qui et
 ipse similiter apud grecos et latinof
 in duos libros diuisus est. Nonus
 hester. Atque ita fiunt pariter uete-
 ris legis libri uiginti duo. id est mo-
 ysi quinque. prophetarum octo. agy-
 ographorum nouem: quamquam
 non nulli ruth. et cynoth. inter agy-
 ographa scriptent. et libros hos in
 suo putent numero supputandos.
 ac per hoc esse prisce legis libros ui-
 ginti quatuor. Quos sub numero
 uiginti quatuor seniorum apoca-
 lypsis iohannis inducit adorantes
 agnum et coronas suas prostratis
 uultibus offerentes: stantibus coram
 quatuor animalibus: oculatis retro
 et ante. id est in preteritum et in fu-
 turum respicientibus: et in deserta
 uoce clamantibus: scs scs scs dñs ds
 omnipotens qui erat et qui est.
 et qui uenturus est. Hic prologus
 scripturarum quasi galeati principia
 omnibus libris quos de hebreo ueru-
 mus in latinum conuenire potest:
 ut scire ualeamus quicquid extra
 hos est inter apocrypha esse ponen-
 dum. Igitur sapientia que uulgo

salomonis inscribitur. et hiesu filij
 syrach. liber. et iudith. et tobias. et
 pastor. non sunt in canone. Ma-
 chabeorum primum librum. hebrai-
 cum reperi. Secundus grecus est.
 quod ex ipsa. ^{frasin} φρακτιν probari po-
 test. Que cum ita se habeant. ob-
 scuro te lector. ne laborem meum re-
 prehensionem estimet antiquorum.
 In tabernaculo dei offert unusquisque
 quod potest. Alij aurum et argen-
 tum. et lapides preciosos. alij bys-
 sum et purpuram et coccum offe-
 runt et hyacinthum. Nobiscum
 bene agitur. si obtulerimus pel-
 les et caprarum pilos. Et tamen
 apostolus contemptibilia nostra
 magis necessaria iudicat. Unde et
 tota illa tabernaculi pulchritudo.
 et per singulas species ecclesie pre-
 sentis futureque distinctio pellibus
 tegitur et cilicij. ardoremque solis
 et iniuriam imbrium ea que uel-
 lora sunt prohibent. Lege ergo pri-
 mum samuhel et malachim meum.
 meum inquam meum. Quicquid
 enim crebrius uertendo. et emen-
 dando sollicitus. et didicimus et
 tenemus. nostrum est nostrum est. Et cum
 intellexeris quod antea nesciebas.
 uel interpretem me estimatio si
 gratus es. uel ^{para} ^{fractu} παραφραστην.
 si ingratus. Quamquam michi om-
 nino conscius non sum mutasse
 me quippiam de hebraica uerita-
 te. Certe si incredulus es. lege gre-
 cos codices et latinof. et confer cu
 his opusculis. et ubicumque inter se

uideris discrepare. interroga quem-
 libet hebreorum cui magis accomoda-
 re debeas fidem. Et si nostra firmauerit.
 puto quod cum non estimet coniecto-
 rem. ut in eodem loco mecum simili-
 ter diuinarit. Sed et uos famulas xpi
 rogo que dni discumbentis preciosis-
 simo fidei myrro unguis caput.
 que nequaquam saluatorem queri-
 tis in sepulchro. quibus iam ad patrem
 xpc ascendit. ut contra latrantes
 canes qui aduersum me rabido ore
 deserviunt. et circumueunt ciuitatem.
 atque in eo se doctos arbitrantur si alij
 detrahant. orationum ustrarum cly-
 peos opponatis. Ego sciens humilita-
 tem meam illius semp sententie recor-
 dabor. dixi custodiam uas meas ut
 non delinquam in lingua mea. po-
 sui ori meo custodiam. cum consiste-
 ret peccator aduersum me. obmu-
 tuu et humiliatus sum et filii abo-
 nis. *Explicit prefatio.*

Incipiunt capitula.

De helchana et uxore eius et de hely sa-
 cerdote et de natiuitate samuhelis. *¶ hely.*

De cantico anime et de iniquitatibus filiorum

De samuhel et de imputatione diuina
 ad hely per eum directa ubi de xpo pro-
 nuntiat.

De samuhel ubi ad eum deus quarto uo-
 cat in uisu et de phylistinorum bello et ar-
 cha capta et de morte hely sacerdotis.

De idolo dagon ad presentiam arche con-
 fracto et de plagis phylisteris illatis.

De arche reditu in bechsamis et de plaga
 illic irrogata.

De arche transmigratione cariathiarim

in domum ammadab. et de bello in quo philistinim percussit sunt et de iudicijs samuhelis.

De filijs samuhelis et ubi populus regem postulabat et de saule et asinarum inquisitione.

De saule uncto in regem et inter prophetas prophetante et quomodo in massa confirmatur in regnum. *In galgalis.*

De naas rege moab quomodo oppugnauit iabel urbem. et de confirmatione regis saul

De samuhelis preceptis ad populum et de signis de celo ostensis.

De ionatha et saule quomodo philisteos percussit. et de saule ubi holocausta male offerre presumpsit.

De ionathan ubi per eum dominus philisteos percussit et saul uoluit eum pro gustu mellis occidere.

De saule quomodo omnes humiliavit per circuitum nationes. et quos ipse habuerit filios uel principes et de interitu amalech in ultionem hebreorum de egypto uenientium agag rege. *In iherusalem.*

De samuhelis ubi saulem deseruit et dauid uixit. et spiritu nequam qui saulem uexabat.

De bello philistinorum contra saulem ubi dauid goliath interfecit et audit in decem

De ionathe et dauid amore et de odijs saul in dauid et ubi incertum preputijs accepit nichol que patris dolum prodens saluum fecit dauid.

De fuga dauid ad samuhelam. de his qui a saule missi prophetauerunt ubi et saul ueniens prophetauit et de pacto ac signo inter ionathan et dauid.

De fuga dauid et his que achimelech sacerdote referuntur et quomodo dauid immutauit uultum suum coram achis rege et cum suis omnibus transiit ad regem moab.

De gad propheta ubi commonuit dauid in terram iuda in saltum et dicitur prodente occisus est achimelech cum reliquis octoginta sacerdotibus; et quomodo dauid percussit philistinim et saluauit ceila.

De saule quomodo uoluit dauid in ceila cape qui eum fugit in desertum ziph. ubi ionathan ad eum uenit. et de saulis clamore dauid in spelunca partem exiit.

De samuhelis morte et sepulchro eius in rama. et que de nabal carmedo ac de abigail referuntur.

De dauid ubi abigail et achinoem uxores accepit. et ubi saulis persecutus sciphum et hastam abstulit.

De transfugione dauid in geth ad achis regem philistinim et que ille gesserit. et de saule et philistinis. *In siclech.*

De philistinibus aduersus saul congregatis et de dauid ubi percussit amalech omnem captiuitatem et uxores suas reduxit in

De bello philistinorum in quo saul cum tribus filiis occubuit. *Explicit capitula. Incipit liber regum primus.*



uit uir
unus
de ramathaim
sophim. de
monte ephra-
im. et nomen
eius helchana.
filius hierobo-
ham. filij he-
liu. filij thau. filij suph. ephraim.
Et habuit duas uxores. Nomen
unum anna. et nomen secunde fene-
na. Fueruntque fenenne filij. anne
autem non erant liberi. Et ascen-

debat uir ille de ciuitate sua statutis diebus: ut ador^met et sacrificaret dño exercituum in silo. Erāt autem ibi duo filij hely. ofni et sineel: sacerdotes dñi. Venit ergo dies et immolauit helchana: deditq; fenennę uxorī suę et cunctis filijs eius et filiabus; partes. Anne autē dedit unam partem tristis: quia annam diligebat. Dñs autem conduxerat uulnam eius. Affligebat quoq; eam enula eius. et uehementer angebat: in tantum ut exprobraret quod conduxisset dñs uulnam eius. Sicq; faciebat per singulos annos cum redeunte tempore ascenderent templum dñi: et sic puocabat eam. Porro illa flebat: et non capiebat cibū. Dixit ergo ei helchana uir suus. Anna cur fles. et quare non comedis. et quamobrem affligitur cor tuū? Nunquid non ego melior sum tibi quam decem filij? Surrexit autem anna postquam comederat in silo et biberat: et hely sacerdote sedente sup sellam ante postes templi dñi. cum esset anna amaro animo orauit dñm flens largiter et uotum uouit. dicens. Dñe exercituum si respiciens uideris afflictionem famule tuę. et recordatus mei fueris nec oblitus ancille tuę. dederisq; seruę tuę sexum uirilem: dabo eum dño omnes dies uite eius. et nouacula non ascendet sup caput eius. Factū est autē cum illa multiplicaret preces coram dño: ut hely obseruabat of eius. Porro anna loquebatur

in corde suo. tantumq; labia eius mouebantur: et uox penitus non audiebat. Estimauit ergo eam hely temulentā: dixitq; ei. Usquequo ebria eris? Digeret paulisper unum quo mades. Respondens anna: nequaquam inquit dñe mi. Nam mulier in felix nimis ego sum. Unumq; et omne qđ in ebriari potest non bibi: sed effudi animā meam in conspectu dñi. Ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus: behial: quia ex multitudine doloris et meroris mei loquuta sum usq; in presens. Tūc hely ait. ei. Vade in pace: et dñs israhel det tibi portionem quam rogasti eum. Et illa dixit. Unam inueniat ancilla tua grām in oculis tuis. Et abiit mulier in uiam suam et comedit: uultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane. et adorauerunt coram dño: reuersiq; sunt. et uenerunt in domum suam rama thā. Cognouit autem helchana annam uxorem suam: et recordatus est eius dñs. Et factum est post circulum dierum. concepit anna et peperit filium: uocauitq; nomen eius samuhel. eo qđ a dño postulasset eum. Ascendit autē helchana et omnis domus eius ut immolaret dño hostiam sollempnem et uotum suū: et anna non ascendit. Dixit enim uiro suo. Non uadam. donec ablactetur infans: et ducam eum et appareat ante conspectum dñi. et maneat ibi iugiter. Et ait ei helchana uir suus. Fac quod tibi bonum uidetur.

et mane donec ablactes eum. Precorq;
ut impleat dñs uerbum suum. Man-
sit ergo mulier et lactauit filium su-
um: donec amoueret eum a lacte. Et
adduxit eum secum postquā ablacta-
uerat in uiculis trib; et trib; modij
farinę et ansora uini: et adduxit eū
ad domum dei in silo. Puer autem
erat adhuc infantulus. Et immola-
uerunt uiculum: et obtulerunt pu-
erum hely. Et ait anna. Obsecro mi
dñe. uiuit anima tua dñe: ego sum
illa mulier que stetit coram te hic
orans dñm. Pro puero isto orauit: et
dedit michi dñs petitionem meam
quam postulauit eum. Idcirco et ego
commodaui eum dño: auctas dieb;
quib; fuerit accommodatus dño.
Et adorauerunt ibi dñm. Et ora-
uit anna: et ait.

Exultauit cor meum in dño: et
exaltatum est cornu meum in deo
meo. Dilatum est os meum sup
inimicos meos: quia letata sum in
salutari tuo. Non est sanctus ut
est dñs. neq; enim est alius extra
te: et non est fortis sicut dñs noster.
Nolite multiplicare loqui sublimia
gloriantes. Recedant uetera de ore
uño: quia dñs scientiarum dñs est.
et ipsi preparant cogitationes. Ar-
cus fortium supatus est: et infirmi
accincti sunt robore. Saturati pri-
us pro pane se locauerunt. et fame-
li saturati sunt: donec sterilib; pe-
perit plurimos. et que multos ha-
bebat filios infirmata est. Dñs mor-
tificat et uiuificat: deducit ad in-

fernum et reducit. Dñs pauperem
facit et ditat: humiliat et subleuat.
Suscitac de puluere egenum. et de
stertore eleuat pauperem: ut sedeat
cum principibus. et solum glorie te-
neat. Dñi enim sunt cardines terre:
et posuit sup eos orbem. Pedes san-
ctorum suorum seruabit. et impij
in tenebris conticescent: quia non
in fortitudine sua roborabitur. Do-
minū formidabunt aduersarij ei:
et sup ipsos in celis tonabit. Dñs iu-
dicabit fines terre: et dabit imperi-
um regi suo. et sublimabit cornu
xpi sui. Et abiit helchana in rama-
tha: in domum suam. Puer autem
erat minister in conspectu dñi: an-
te faciem heli sacerdotis. Porro fi-
lij heli filij belial: nescientes dñm
neq; officium sacerdotum ad poplū.
Sed quicumq; immolasset uictimā.
ueniebat puer sacerdos dum coq-
rentur carnes. et habebat fuscinu-
lam tridentem in manu sua. et mit-
tebat eam in lebetem uel in caldari-
am. aut in ollam siue in caccabū:
et omne quod leuabat fuscinula tolle-
bat sacdo sibi. Sic faciebant uniuersa
israheli: uenientium in silo. Et
am antequam adolerent adipem
ueniebat puer sacerdos: et dice-
bat immolans. Da michi carnes:
ut coquam sacerdoti. Non enī acci-
piam a te carnem coctam sed crudā.
Dicebatq; illi immolans. Incendat
primum iuxta morem hodie adept:
et tolle tibi quantumcūq; deside-
rat anima tua. Qui respondens ait

bat ei. Nequaquam. Nunc enim da-
bis. Alioquin tollam uirum. Erat autem
peccatum puerorum grande nimis
coram dño: quia detrahebant homi-
nes sacrificio dñi. Samuhel autē mi-
nistrabat ante faciem dñi puer: ac-
cinctus ephod lineo. Et tunicā par-
uam faciebat ei mater sua: quam
afferebat statutis diebus ascendens
cum uiro suo ut immolaret hosti-
am sollempnem. Et benedixit heli
helchanē et uxori eius: dixit. Red-
dat dñs tibi semen de muliere hac:
profenore quod commodasti. dño.
Et abierunt in locum suum. Vi-
sitauit ergo dñs annam et conce-
pit: et peperit tres filios et duas fi-
lias. Et magnificatus est puer sa-
muhel apud dñm. Heli autem erat
senex ualde. Et audiuit omnia
que faciebant filij sui uniuerso
israheli: et quomodo dormiebāt
cum mulierib; que obseruabant
ad ostium tabernaculi. Et dixit
eis. Quare facitis res huiuscemo-
di. quas ego audio res pessimas ab
omni populo: Nolite filij mei.
Non est enim bona fama quam
ego audio: ut transgredi faciat
populum dñi. Si peccauerit uir in
uirum: placari potest ei dñs. Si au-
tem peccauerit uir in dñm. quis ora-
bit pro eo: Et non audierunt uo-
cem patris sui: quia uoluit dñs occi-
dere eos.

Puer autē samuhel proficiebat
atq; crescebat: et placebat tam dño
quam hominibus. Venit autem

uir dei ad heli: et ait ad eum. Hec dicit
dñs. Nunquid non apte reuelatus sū
domui patris tui cum essent in egyp-
to in domo pharaonis. et elegi eum
ex omnib; tribub; israhel michi in sa-
cerdotem ut ascenderet ad altare
meū: et adoleret michi incensum.
et portaret ephod coram me. et de-
di domui patris tui omnia de sacri-
ficijs filiorum israhel: Quare calce
abieci uictimam meam et mune-
ra mea que precepi ut offerrentur
in templo. et magis honorasti filios
tuos quam me. ut comederetis pri-
mitias omnis sacrificij israhel populi
mei: Propterea ait dñs deus isrl.
Loquens loquutus sum ut domus
tua. et domus patris tui ministraret
in conspectu meo: usq; in sempiter-
num. Nunc autē dicit dñs. absit
hoc a me: sed quicumq; honozifica-
uerit me. glorificabo eum. Qui au-
tem contempnuit me: erunt igno-
biles. Ecce dies ueniunt: et precidā
brachiū tuū. et brachium domus
patris tui. ut non sit senex in domo
tua. Et uidebis emulum tuum in tē-
plo in uniuersis prosperis israhel: et
non erit senex in domo tua omnib;
diebus. Veruntamen non auferam
uirum penitus ex te ab altari meo:
sed ut deficiant oculi tui. et tabes-
cat anima tua. Et pars magna do-
mus tue morietur: cum ad uirilem
etatem uenerit. Hoc autē erit tibi
signū: quod uenturum est duob;
filijs tuis. osui et sinees. In die una
morientur ambo. Et suscitabo michi

faciendum fidelem: qui iuxta cor meum et animam meam faciat. Et edificabo ei domum fidelem: et ambulabit coram christo meo cunctis diebus. Futurum est autem ut quicumque remanserit in domo tua. ueniat ut orecur pro eo: et offerat nummum argentum et tortam panis dicatque. Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem: ut comedam bucellam panis. Puer autem samuhel ministrabat domino coram heli: et sermo domini erat preciosus. In diebus illis: non erat uisio manifesta.

Factum est ergo in die quadam. Heli iacebat in loco suo: et oculi eius caligauerant. nec poterat uidere lucernam dei antequam extingueretur. Samuhel autem dormiebat in templo domini: ubi erat archa dei. Et uocauit dominus samuhel. Qui respondens ait. Ecce ego. Et cucurrit ad heli: et dixit. Ecce ego. Vocasti enim me. Qui dixit. Non uocaui. Reuertere: et dormi. Et abiit: et dormiuit. Et adiecit dominus: uocare rursum samuhel. Consurgensque samuhel abiit ad heli: dixit. Ecce ego: quia uocasti me. Qui respondit. Non uocaui te fili mi. Reuertere et dormi. Porro samuhel necdum sciebat dominum: neque reuelatus fuerat ei sermo domini. Et adiecit dominus: et uocauit adhuc samuhel tertio. Qui consurgens abiit ad heli: et dixit. Ecce ego: quia uocasti me. Intellexit igitur heli quia dominus uocaret puerum: et ait ad samuhel.

Vade: et dormi. Et si deinceps uocauerit te: dices. Loquere domine: quia audit seruus tuus. Abiit ergo samuhel: et dormiuit in loco suo. Et uenit dominus et stetit: et uocauit sicut uocauerat secundo. samuhel samuhel. Et ait samuhel. Loquere domine: quia audit seruus tuus. Et dixit dominus ad samuhel. Ecce ego facio uerbum israhel: quod quicumque audierit. timuit ambe aures eius. In die illo suscitabo aduersum heli omnia que loquutus sum super domum eius. Incipiam: et complebo. Predixi enim quod iudicaturus essem domum eius in eternum propter iniquitatem: eo quod nouerat indigne agere filios suos. et non corripuit eos. Idcirco iuravi domui heli: quod non exspectat iniquitas domus eius uictimis et muneribus usque in eternum. Dormiuit autem samuhel usque mane: aperuitque ostia domus domini. Et samuhel timebat indicare uisionem heli. Vocauit ergo heli samuhel: et dixit. Samuhel fili mi. Qui respondens ait. Presto sum. Et interrogauit eum. Quis est sermo quem loquutus est ad te: Oro te: ne celaueris a me. Hec faciat tibi deus et hec addat: si absconderis a me sermonem ex omnibus uerbis que dicta sunt tibi. Indicauit itaque ei samuhel uniuersos sermones: et non abscondit ab eo. Et ille respondit. Dominus est. Quod bonum est in oculis suis: faciat. Creuit autem samuhel. et dominus

erat cum eo: et non cecidit ex omnibus; uerbis eius in terram. Et cognouit uniuersus israhel a dan usque berisabec: quod fidelis samuhel propheta esset domini. Et addidit dominus ut appareret in silo: quoniam reuelatus fuerat dominus samuheli in silo. iuxta uerbum domini. Et euenit sermo samuhelis uniuerso israheli. Egressus namque est israhel obuiam philistinum in prelium: et castrametatus est iuxta lapidem adiutorij. Porro philistinum uenerunt in asec: et instruxerunt aciem contra israhel. Inito autem certamine. terga uertit israhel philistis: et cesa sunt in illo certamine passim per agros quasi quatuor milia uirorum. Et reuersus est populus ad castra. Dixeruntque maiores natu de israhel. Quare percussit nos dominus hodie coram philistinum: Afferamus ad nos de silo archam federis domini. et ueniat in medium nostrum: ut saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in silo: et tulerunt inde archam federis domini exercituum sedentis super cherubim. Erantque duo filij heli cum archa federis dei: ofni et fineel. Cumque uenisset archa federis domini in castra: uociferatus est omnis israhel clamore grandi et per sonuit terra. Et audierunt philistinum uocem clamoris: dixeruntque. Que nam est hec uox clamoris magni in castris hebreorum: Et cognouerunt quod archa domini uenisset in castra. Timueruntque philistinum:

dicentes. Venit deus in castra. Et ingemuerunt. Ue nobis. Non enim fuit tanta exultatio heri et nudius tertius. Ue nobis. Quis nos seruabit de manu deorum sullimiu istorum: Hi sunt dii qui percusserunt egyptum omni plaga in deserto. Confortamini et estote uiri philistinum: ne seruiatis hebreis. sicut illi seruerunt uobis. Confortamini: et bellate. Pugnauerunt ergo philistinum et cesus est israhel: et fugit unusquisque in tabernaculum suum. Et facta est plaga magna in milibus: et ceciderunt de israhel triginta milia pedum. et archa dei capta est. Duo quoque filij heli mortui sunt: ofni et fineel. Currentis autem uir de beniamin ex acie. uenit in silo in die illo: scissa ueste et conspersus puluere caput. Cumque ille uenisset: heli sedebat super sellam contra uiam spectans. Erat enim cor eius pauens pro archa domini. Vir autem ille postquam ingressus est: nuntiavit urbi. et ululauit omnis ciuitas. Et audiuit heli sonitum clamoris: dixitque. Quis est hic sonitus tumultus huius: At ille festinauit et uenit: et annuntiavit heli. Heli autem erat nonaginta et octo annorum: et oculi eius caligauerant. et uidere non poterat. Et dixit ad heli. Ego sum qui ueni de prelio: et ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actum est fili mi: Respondens autem qui nuntiabat: fugit inquit israhel coram philistinum. et ruina magna facta est in populo. Insuper duo filij tui mortui sunt

9.
Et factum est in diebus illis: conuenerunt philistinum in pugnam.

ofim et fineel: et archa dei capta est.
 Cumq; ille nominasset archam dei:
 cecidit de sella retrorsum iuxta ostru.
 et fractis cervicibus mortuus est. Se-
 nex enim erat uir et grandeuus: et ipse
 iudicauit israhel quadraginta an-
 nis. Nurus autē eius uxor fineel pre-
 gnans erat: uicinatq; partui. Et au-
 dito nuntio quod capta esset archa
 dei. et mortuus socer suus et uir su-
 us: incuruauit se et peperit. Irru-
 erant enim in eam dolores subiti. In
 ipso autem momento mortis eius: di-
 xerunt ei que stabant circa eam.
 Ne timeas: quia filium peperisti.
 Que non respondit eis: neq; animad-
 uertit. Et uocauit puerum hicha-
 both dicens. translata est gloria de
 israhel. quia capta est archa dei: et
 pro socero suo. et pro uiro suo. Et
 ait. translata est gloria ab israhel:
 eo quod capta esset archa dei. *v. r.*

Phylistim autē tulerunt archā
 dei: et asportauerunt eam a lapide
 adiutorij in azotum. Tuleruntq;
 phylitim archam dei. et intulerunt
 eam in templum dagon: et statue-
 runt eam iuxta dagon. Cumq; sur-
 rexissent diluculo azotij altera die:
 ecce dagon iacebat pronus in terra
 ante archam dñi. Et tulerunt da-
 gon: et restituerunt eum in loco
 suo. Rursumq; mane die altero con-
 surgentes. inuenerunt dagon iacen-
 tem sup faciem suam in terra: corā
 archa dñi. Caput autē dagon et
 due palme manuum eius: absise-
 erant sup limen. Porro dagon trū-

cus solus remanserāt in loco suo. Pro-
 pter hanc causam non calcant sacer-
 dotes dagon. et omnes qui ingredi-
 untur templum eius sup limen da-
 gon in azoto: usq; in hodiernum
 diem. Aggrauata est autem manus
 dñi sup azotios. et demolitus est eos:
 et percussit in secretiori parte natū
 azotum et fines eius. Videntes au-
 tem uiri azoti huiuscemodi plagā:
 dixerunt. Non maneat archa dei
 apud nos: qm̄ dura est manus ei
 sup nos. et sup dagon dñi nr̄m. Et
 mittentes congregauerunt omnes
 satrapas phylitinozum ad se: et di-
 xerunt. Quid faciemus de archa dei
 israhel? Responderuntq; gethei. Cir-
 cunducatur archa dei israhel. Et
 circumduxerunt archam dei israhel.
 Illis autē circumducentib; eam. fie-
 bat manus dñi sup singulas ciui-
 tates interfecionis magne nimis:
 et percutebat uiros uniuscuiusq;
 urbis a paruo usq; ad maiorē. et cō-
 putrescebant p̄minentes extales
 eorū. Miserunt ergo archam dñi
 in acharon. Cumq; uenisset archa
 dei in acharon: exclamauerunt
 acharonitę dicentes. Adduxerunt
 ad nos archam dei israhel: ut inter-
 ficiat nos et poplū nr̄m. Miserunt
 itaq;: et congregauerunt omnes
 satrapas phylitinozū. Qui dixe-
 runt. Dimitte archam dei isra-
 hel. et reuertatur in locum suum:
 et non interficiat nos cum populo
 nr̄o. Fiebat enim pauor mortis in
 singulis urbibus: et grauissima ual-

et ebullierunt uille et ag
 in medio regionis illius
 et nati sunt mures et facti
 est confusio mortis magni
 in ciuitate. *¶*

¶
 Inieruntq; ieteri confi-
 liū. et fecerunt sibi sedes
 pelliceas.

de manus dei. Viri quoque qui mortui non fuerant: percutiebantur in secretione parte natum. Et ascendebat ululatus uniuscuiusque civitatis in celum. Fuit ergo archa domini in regione philistinorum septem mensibus.

Et vocaverunt philistinim sacerdotes et divinos: dicentes. Quid faciemus de archa dei? Indicate nobis: quomodo remittemus eam in locum suum. Qui dixerunt. Si remittatis archam dei israel. nolite dimittere eam vacuam: sed quod debentis reddite ei pro peccato et tunc curabimini. et scietis quare non recedat manus eius a vobis. Qui dixerunt. Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi. Juxta numerum provinciarum philistinorum quinque: a nos aureos facietis. et quinque: mures aureos: quia plaga una fuit omnibus vobis. et satrapis vestris. Facietisque similitudinem aeorum vestrorum. et similitudinem murium qui demoliti sunt terram. et dabitur deo israel gloriam: si forte releuet manum suam a vobis et a diis vestris. et a terra vestra. Quare aggravatis corda vestra sicut aggravavit egyptus et pharaon cor suum: Nonne postquam percussus est. tunc dimisit eos et abierunt? Nunc ergo arripite et facite plaustrum novum unum: et duas vacca feras quibus non est impositum iugum. iungite in plastro. et

recludite vitulos earum domi. Tolle usque archam domini et ponetis in plastro: et vasa aurea que exsolvistis ei pro delicto ponetis in capsella ad latum eius. Et dimitte eam ut vadat: et aspicietis. Et siquidem per viam finium suorum ascenderit contra bethsames: ipse fecit nobis malum hoc grande. Sin autem minime: sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos. sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo. Et tollentes duas vaccas que lactabant vitulos iungerunt ad plastrum. vitulosque earum recluserunt domi: et posuerunt archam dei super plastrum et capsellam que habebat mures aureos et similitudinem aeorum. Ibant autem in directum vacce per viam que ducit bethsames. et iungere uno gradiebantur pergentes et mugientes: et non declinabunt neque ad dexteram neque ad sinistram. Sed et satrapae philistinorum sequebantur usque ad terminos bethsames. Porro bethsamite metebant triticum in valle. Et deuantem oculos viderunt archam: et gausi sunt cum vidissent. Et plastrum venit in agrum iosue bethsamite: et stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus. Et conciderunt ligna platri: vaccasque imposuerunt super ea holocaustum domino. Leuite autem deposuerunt archam dei et capsellam que erat iuxta eam in qua erant vasa aurea: et posuerunt super lapidem grandem. Viri autem bethsamite obtulerunt holocausta